





1178.

X. 10.

11

DISPUTATIO IURIDICA

De

CONTRACTI-
BUS IN GE-
NERE, 1623, 2

M

6

Quam

D. F. A.

[5]

PRAESIDE

Viro

CLARISSIMO ET CONSUL-
TISSIMO

DN. HENRICO Schmerhem

I. V. D. & in florentissima IULIA Decre-

talium Iuris Pontificij Professore publ. & ordinario,

Præceptore ac fautore observantiâ o-

mni colendo,

Publicæ disquisitioni subicit

Ad diem 16. Augusti.

HERMANNVS von Bentheim

Bremensis,

IN NOVO IVLEO

HELMAESTADI,

Typis heredum IACOBI LUCI,

Anno cl^o l^oc^o XXIII.

de
42.
trig





VIRO
AMPLISSIMO ET CON-
SULTISSIMO,
DN. VVILHELMO von
Gentheim /

ICto. Senatori Reip. Patriæ Bremensis,
Parenti summâ observantiâ æ-
tatem colendo, suspi-
ciendo

Hocce academicum exercitium
obedienti

inscribit offertq; animo

Autor & Respondens.





THESIS I.



Quam frequens, utilis & necessaria sit contractuum materia, experientia omnium rerum magistra testatur, docent tribuna- lia, omniaq; judicia comprobant. Quare non abs re fieri putamus, si generalem dis- quisitionem de hac materia instituamus.

2. *Et ut juxta monitum ICti à verbis, eorumq; signifi- catione exordiamur, contractus quin à contrahendo dica- tur, dubium non est.*

Etymologia.

Vlp. in l. 1. ff. de reb. cred. è re esse ait in principio de ver- bis eorumq; significatione dicere. Et Bald. ibid. verbo- rum priorem & rerum potioem debere esse interpre- tationem. Nonnulli contractum dicunt quasi vi- cissim & mutuo actum. Alciat. in l. 19. ff. de V.S. Non- nulli quasi contra actum. Moz. de contract. art. 1. n. 15.

3. *Significatio in jure triplex. I. latè accipitur ita, ut quodvis factum & negocium, ex quo obligatio & actio o- ritur, suo significationis ambitu complectatur.*

Significa- tio triplex. I.

l. omnem 20. ff. de judic. l. 52. de re iudic. l. contraxisse 21. de O. & A. Huc pertinent quasi contractus tot. tit. de obligat. qu. q. ex contr. pacta legitima l. 6. de pact. delicta, quasi delicta l. 1. junct. l. 21. §. 5. rer. amotar. Auth. qua in provincia C. ubi de crimin. ag. oport. c. fin. extr. de for. compet. Ubicunq; enim quis conveniri potest, aut ex proprio, aut quasi contractu; aut ex maleficio aut quasi §. 2. ff. de oblig. ibi & contraxisse videtur l. d. 20. Bocer ad l. contractus de R. I.



c. 1. n. 2. Distractus item hac significatione comprehenditur per l. omnium 13. C. de omn. agro desert. ubi ille qui non solvit contrahit. Moz. de contract. 6. art. n. 4. Et non minus quis in loco distractus quam contractus forum sortitur. Bart. in l. exigere. 65. de iudic. Tiraquell. in l. conub. verb. contracter. gloss. s. n. 8. & seqq.

II. 4. II. Propriè pro conventionione, quæ vel civile nomen vel causam habet.

l. 1. §. fin. l. 7. §. 1. & 2. ff. de pact. In hac propria significatione non tantum veniunt contractus, qui ultrò citroque obligationem pariunt, ut emptio venditio, locatio conductio &c. verum etiam qui ab altera duntaxat parte, ut sunt mutuum, stipulatio, literarum obligatio &c. Nam hi contractus impropriè contractus dici nequeunt, cum ab ipso Imp. l. de oblig. qu. q. ex contr. nasc. inter illos non referantur. Nam in princ. d. loc. Imp. ita inquit. Post genera contractuum enumerata, dispiciamus etiam de iis obligationibus, quæ quidem non propriè nasci &c. Iam autem egit de mutuo *tr. superior. qu. mod. re contr. obl.* de stipulatione *l. 1. de V. O. & seqq.* de literarum obligatione *l. 1. de litera obl.*

III. 5. III. Strictè accipitur pro conventionione ultrò citroque obligatoria.

d. l. 19. v. Contractus. ubi verbum contractus distinctum ab actu & gesto, iis solum conventionibus tribuitur, quæ mutuanam habent obligationem vel mutuanam præstationem. Nam, quod dicitur in d. l. contractum esse obligationem, significat esse rem, ex qua nascitur obligatio quia obligatio est vinculum juris, *uti desinit. l. de obl.* quod ex contractu nascitur: contractus verò factum est, quod cum absolutum est, desinit esse; indeque facti dicitur
non

non juris l. 7. §. ult. de curat. furios. dand. Donell. ad l. 1. de R.
C. n. 8. & comment. c. 8.

6. Contractus in propria significatione nihil aliud est, ^{Definitio,}
quam conventio, quæ per se obligationem ad agendum effi-
cacem gignit.

l. 1. §. conventio 3. l. 7. §. 1. & 2. ff. de pact. l. 3. §. 1. de O. & A. Bo-
cer. d. loc. c. 1. n. 4.

7. Generis loco ponitur **CONVENTIO**, quia nul- ^{Genus.}
lus est contractus, qui non habeat in se conventionem.

Conventionis enim verbum, inquit Vlp. l. d. 1. ac §. ge-
nerale est, ad omnia pertinens, de quibus negotii con-
trahendi transigendiq; causa consentiunt, qui inter se
agunt. Siquidem nullus est contractus sine conventio-
ne d. l. 1. §. Ac ne stipulatio quidem, tametsi hæc maxi-
mè verbis confici dicatur l. inter 83. §. 1. l. 137. §. 1. de V. O.
Eaq; una res est, quæ contractus à quasi contractibus;
maleficiis & quasi in divisione obligationum distinguit.
Omnia enim pariter obligationem pariunt: hoc inter-
est, quod cætera sine consensu & conventionem aliū no-
bis obligant, contractus cum volens volenti obligatur.
Quæ distinctionis nota inter contract^o & quasi contra-
ctus statuitur l. 1. de obl. qu. q. ex contr. nam de maleficiis
& quasi maleficiis non dubitatur. Donell. ad d. l. n. 6. Estq;
hoc genus commune contractui cum distractu & pa-
cto. Differt autem pactum seu pactio à conventionem
in usu juris præter sonum nihil per l. 1. §. 1. & 2. l. 5. in fin. l.
6. de pact. Cuiac. 2. obs. 15. Nec est, quod quis distinguere
inter pactionem, pactum (ut facit Duaren. de pact. c. 1.) &
conventionem velit; cum hæc nomina æquè generalia
sint, & eandem obtineant significationem per l. 7. §. 4.
eod. tum, quod definitio, quæ pactio attribuitur d. l.

1. §. 1. eadem pacto subjiciatur l. 3. ff. de pollicitar. VVes. par.
de pact. n. 2. Ac licet pactum à contractu differat, ut gen^o
à specie; in jure tamen contractus passim pacta appel-
lantur arg. rubr. de pact. l. 20. C. de pact. l. solent 15. ff. de præser.
verb. Neq; d. l. 20. de nudis tantùm pactis intelligi pot-
est, quasi de iis Imp. solummodò consultus esset, an iis
scilicet dominium transferatur: sed idem quoq; in con-
tractibus obtinere inde elucet: quod equidem ex em-
tione non transfertur dominium. Nam ante traditio-
nem pro domino emtor non habetur; post traditio-
nem autem fit dominus §. per tradit. 40. cum seqq. I. de R.
D. §. eum autem 3. de emt. vendit. Meritò ergo Donell. 12.
comm. 1. n. 9. verba d. l. non nudis id est solis pactis expli-
cat. Facit deïn, quod omnis contractus sit conven-
tio, conventio verò pactum. Contractus ergò pactum
est sive conventio: at non nudum pactum, non nuda
conventio. Negotium enim civile, sive causa vel no-
men efficit contractum: illiusq; propria forma est; quâ
à pacto nudo, pollicitatione, quasi contractu, delictis
cœterisq; rebus differt. Gædd. ad l. 19. de V. S. num. 34. &
36. Denique & aliis juris auctoritatibus contractus eo-
dem sensu dicuntur pactiones & pacta. Cùm enim di-
citur, usumfructum constitui posse pactionibus l. 3. pr.
de usufr. junct. l. 4. in fin. C. eod. certum est pactionis verbo
non intelligi eam, ex qua actio non nascitur, sed eam
ex qua oritur. Quæ autem talis est, contractus est &
dicitur l. 7. §. 1. de pact.

8. Dixi in definitione, quod contractus per se, absq; iu-
ris civilis scilicet seu legis speciali confirmatione, obligatio-
nem, producat.

Per l. d. 19. ff. de V. Sign. §. 2. Inst. de oblig. l. 1. pr. de O. & A.

9. Quo

9- Quo ipso à legitimo pacto seu conventionione discerni-
nitur. Legitima enim conventio cum nullam dationem
ac factum contineat, nec nomen certum habeat, non parit
jure civili actionem contractus vi ac æquitate, sed legis di-
spofitione, quâ confirmatur.

Quomodo
differat
contractus
à pacto legi-
gitimo.

l. 6. de pact. VVesenb. paratit. eod. n. 4. Nec solum lege 12.
tab. legitimum pactum confirmatur; sed & aliis specie-
bus jur. civil. ut sunt Prætorum edicta, & Principum
constitutiones. *§. 6. & 7. Inst. de iur. nat. gent. & civ.* Sic
lege 12. tab: pactio confirmatur, quæ fit de membro
rupto, hisce verbis; si membrum rupit, nî cum eo
pacit, talio esto. *Gell. lib. ult. c. 1.* Eadem de furto & inju-
riis jam commissis, non committendis pacisci licet *l. 7.*
§. si paciscar. 14. in fin. l. 17. §. 1. Expedi enim timere, ait
IC. Paulus, injuriarum & furti pœnam *l. 27. §. 4. ff. de pact.*
nec quæ turpem causam continent pacta, sunt obser-
vanda *d. l. 27. ac §.* Edictis deinde Prætorum constitutum
ex consensu factum confirmatur; si nempe quis absq;
solennitate constituit, se pecuniam soluturum, quæ
antea ex aliquâ obligatione debebatur. *VVesenb. parat.*
de constit. pecun. n. 2. Qua in parte succurrere Prætores,
naturali faventes æquitati, cum grave esse fidem fallere
non ignorabant *l. 1. princ. ff. de constit. pecun. id est quoni-*
am grave est in hac specie præter cœteras, quæ nudum
pactum habent nulla alia lege confirmatum. Alioqui
dicendum ex omni pacto similiter actionem dari debu-
isse, ut itidem custodirentur omnia; quoniam in omni
pacto ut consensus, ita fides inest *l. 1. princ. de pact. Donell.*
12. comm. 9. Iisdem pactum pignoris approbatur illud
ipsum, quod nuda conventionione consistit *l. 1. princ. ff. de*
pignor. act. l. in sto 44. §. 5. in fin. de usucap. quodq; propriè
hypo-

hypotheca dicitur *l. 4. de pign. l. 9. §. 2. de pign. act. §. 4. I. de act. nequaquam verò istud quod I Cti pignus depositum vocant *l. 36. de cond. indeb. ac contractus est, eosq; inter refertur §. fin. Inst. quib. mod. re contr. oblig. Constitutio- nibus deniq; Principum pactio de dote 101. 11. C. de dot. promiss. & nud. pollicitat. & pactum donationis confir- matur, quo quis in presentia se donare dicit *l. si quis 35. princ. & §. ult. C. de donat.***

10. *Addidi quod producat obligationem, & quidem talem, quæ ad agendum efficax est.*

Non enim satis est, dantis esse nummos & fieri accipi- entis, ut nascatur obligatio, sed hoc animo dari quoq; & accipi oportet, ut exinde constituatur obligatio *l. 3. §. 1. ff. de Obl. & Act. vid. l. 9. in princ. de R. C. l. ab empr. 58. de pact.*

Quomodo
à distractu
& pacto li-
beratorio,

II. *Hoc effectu distinguitur contractus 1. à distractu & pacto liberatorio: ut sunt solutio, acceptilatio, novatio, delegatio.*

101. 11. Inst. quib. mod. toll. obl. Siquidem hæc obligationem non producant sed tollunt. Ac quidem 1. solutione i- pso jure perimitur ac tollitur obligatio *princ. d. 11. Inst. l. 107. ff. de solut.* 2. acceptilatione uterq; ab eodem nexu solvitur, quia imaginaria solutio est *§. 1. I. d. 11. & speci- em solutionis refert. VVesemb. parat. h. 11. n. 1.* 3. nova- tio, licet illa non sit imaginaria solutio; quippe debi- torem non liberat neq; absolvit; novo nexu ipsum ni- hilominus devincit, ac ex causa præcedenti prioris de- biti novam constituit obligationem, priorem verò tol- lit *l. 1. de novat. VVesemb. parat. eod. n. 2.* 4. deniq; alterius delegatione vice sua inter ipsum & creditorem nova obligatio efficitur interventu novæ personæ *l. 11. d. 11. §. 3. Inst. eod.*

Dif-

12. Differt quoq; contractus eodem effectu 2. à pacto nudo obligatorio. Quod cum tam nomine certo, quam *συμβαλάγμα* & æquitate careat, nec confirmationem specialem legis habeat, obligationem jure civili, nedum actionem parit.

Quomodo à pacto nudo obligatorio differat

l. 7. §. 4. l. 45. ff. l. 10. C. de pact. l. 27. C. de loc. cond. Homines namq; plerunq; in consultè, inconsideratè & leviter feruntur ad promittendum. Quò igitur lites amputentur, nec homines captiosis verbis illaqueentur, ex dictis, promissis factisve promiscuè oriri actionem leges noluère. Sed hodie in foro civili etiam ex pacto hoc nascitur & datur actio. *VVesenb. parat. de pact. n. 9. alleg. Bald. & Salic. in l. petens 27. C. de pact. Bald. item in l. legitima 6. in princ. ff. d. tit. & Iasonem, qui hanc communem esse asserit in l. 7. §. sed cum nulla 4. eo.* Ex naturali enim honestate ac ratione æquum est pacta servari *l. 1. pr. ff. eo. quoniam grave fidem fallere l. 1. de constit. pecun.*

13. Contractus divisiones admittit varias. Nam 1. alii sunt Iurisgentium; alii juris civilis. Iurisgentium contractus sunt, qui ex jure gentium originem, vires & effectum habent, eandemq; semper formam per æquè apud omnes gentes retinuerunt.

1. Contractus vel sunt juris gentium vel Iuris Civil.

arg. l. ex hoc jure ff. de iust. & iur. arg. §. 2. vers. ius autem gent. l. de iur. nat. gent. & civ. l. 9. ff. d. t. VVesenb. par. de pact.

14. Huius species sunt emtio venditio; locatio conductio; societas; depositum; commodatum; mutuum; & alii.

Contractus Iuris gent.

d. §. 2. Inst. ac vers. l. d. 5. ff. Nam quoties quæritur, unde unumquodq; jus sit, & ex quo jure unusquisq; contractus originem ducat, quove censerit debeat; toties non

ad ge;



ad generis supremi, sed singularum specierum formam
recurrendum est, perspicendumq; unde & à quo jure
eam integram acceperit *per l. g. s. dd. l. 7. de pact. l. 1. de
contrab. empt.* A natura ergò & jure gentium cum hi
contractus originem ac formam habeant, eandemque
semper apud omnes gentes integram servaverint, non
sine causa juri gentium ascribuntur. Una etenim
eademq; forma emendi vendendi; locandi conducen-
di; deponendi; commodandi; permutandi; mutuo
dandi scilicet apud omnes gentes observata fuit, ac ea-
dem retinetur. *Gædd. de contrab. stipulatione c. 2.*

Contract.
jur. Civil.

15. *Iuris civilis contractus sunt, qui iure civili intro-
ducti aut confirmati sunt addendo vel detrahendo juri gen-
tium.*

arg. l. ius civile 6. d. l. 9. ff. de iust. & iur.

16. *Huiusmodi sunt stipulatio & literarum obligatio.*

Ac quidem stipulationem non solum jus civile inve-
nit, sed & formam donavit ac approbavit *§. 9. Inst. de act.
l. si ita stipulatur 126. §. Chrysoyon. de V. O.* Similiter & lite-
rarum obligationem, *101. tit. 1. 2. de oblig. in verb. hoc con-
stitutum & in verb. per constitutionem nostram l. in contra-
ctibus 14. C. de non num. pecun.* Nisi enim lex de ea lata es-
set, vim obligationis non haberet. *Connan. lib. 5. c. 1.*

Emphy-
teusis est
contract.
l. gent.

17. *De emphyteusi dubitatur, an contractibus iuris ci-
vilis, an verò juri gentium annumerari debeat?*

posterius affirmo. Nam Zeno novam speciem non
fecit, sed illam, quæ erat, detexit. Et illud, quod cir-
ca hunc contractum introduxit, est de accidentalibus,
quæ singuli ferè contractus alia habent ex jure civili in
Repub. Romana, quam quæ extra Remp. Romanam,
imò sæpè variant & mutantur. Substantialia verò ante
Zeno-

Zenonem fuerunt, quæ si non fuissent, an negotium illud pro emtione venditione, vel pro locat. conductione haberi debuerit, disputari non potuisset *contra §. adeo autem 3. Inst. de locat. conduct. Coras. ad Rubr. C. de jur. emphyt. n. 8. Diss. Dd. communiter.*

18. II. *Contractus alij sunt nominati seu certi; alij innominati seu incerti.*

l. 1. §. fin. l. 7. §. 1. 2. ff. de pact. l. 1. §. 2. ff. de rer. perm. l. 3. ff. de de prescript. verb. l. 9. ff. de reb. cred. l. 1. §. debitum 6. ff. de constit. pecun. Quænam verò fuerit causa, quod quidam contractus nomen certum invenerint, quidam verò non, alterioris est indaginis. Quam quæsiuisse multos, invenisse neminem ait *Pinellus part. 2. ad rubr. c. 2 n. 24. C. de resc. vendit.* Quidam hoc factum putant ob contractuum nominatorum frequentiam: sed malè. Quid enim frequentius contractibus do ut des; do ut facias &c. qui tamen certum nomen non invenerunt. Altiùs exordiendum est. Principio igitur cum jure gentium distinctis rerum dominiis, unicuiq; ex rerum suarum proventu non tantum afflueret, quantum vitæ & rei familiaris desideraret necessitas, sed alteri superesset, quo indigeret alter, factum est, ut mutua indigentia levandæ causâ, circa res, quæ distinctis rerum dominiis cujusq; propriæ exstiterant, & quarum commercium mansit, convenire inciperent. Et hæc circa res commercii conventio summum est omnium conventionum genus. Ex hoc genere tanquam communi omnium commerciorum fonte distinctæ contractuum species profluxerunt. Quoniam verò omnis species oritur ex determinatione generis, & est quiddam genere suo determinatiùs, & porro ea est specierum

2. contractus vel sunt nominati vel innominati.

conditio, ut alia generalius in genere determinetur, & non prorsus ad extremam perfectitudinem absolvatur: alia verò ita, ut per aliam eamq; inferiorem perfectioremq; differentiam definire amplius non possit: ex hac determinatione omnium contractuum natura & maxime innominatorum æstimanda est. Ergo ii contractus, qui ita limitati sunt, ut aliam differentiam, quæ ad aliam inferiorem angustioremq; speciem determinentur, adsciscere nequeant, nomen certum facilius invenerunt, & nominati appellati sunt; fortè propterea quod simul atq; nomen expresseris, de certa subito & minimè ambigua conventionis specie appareat, eaq; tam angustis illigata terminis, ut nihil possit esse limitius, verbi gratiâ: nunquam poterit inveniri essentialis differentia, quæ emtionem venditionem commercii speciem ita definiret, ut omnis emtionis natura in eam transfunderetur, & nihilominus ab emtione sicut species à genere differret. Innominati verò contractus non æquè per infimam & omnibus numeris absolutam differentiam definiti sunt, sed remotâ & generi eâ, quam in nominatis etiam contractibus deprehendere licet: etenim omnis conventio perinde, ut contractus innominati, vel dationem vel factum continet. Sed quoniam in nominatis contractibus conventio ad certam vel dationis vel facti speciem determinata est, secus verò id in innominatis accidit, qui communi faciendi & dandi genere non ad certam vel illius vel istius speciem finito consistunt; idcirco innominati in communi commerciorum genere consistentes proprium nomen promereri minimè potuerunt. Nominati verò ab communi illa natura ad propriam vel dandi vel faciendi speciem progressi, proprium nomen, suæ cuiq;

Cuiq; speciei conveniens adepti sunt. *vid. Bart. in l. si ve
apud acta 28. num. 21. 22. C. de transactionibus.*

19. *Nominati contractus sunt, qui in proprium no-* Contract.
nominati.
*men contractus transeunt, actionemq; certam ac solennem
producunt: ut sunt emtio venditio; locatio conductio; so-
cietas; mandatum; depositum; commodatum, mutuum
& similes contractus.*

Vlp. d. l. 7. §. 1. ff. de pact. VVesenb. parat. ibid.

20. *Quibus annumeramus emphyteusin, & nonnun-* Emphy-
teus. &
transact.
an con-
tract. no-
minati.
quam transactionem.

Emphyteusin esse contractum nominatum probatur,
quia non est innominatus. Nam contractus innomi-
nati non perficiuntur consensu, sed rei traditionem
vel facti præstationem requirunt *l. 1. §. item emtio ff. de
rer. perm. l. 5. in princ. vers. aut enim do tibi ff. de præscr. verb.*
Emphyteusis verò ad sui constitutionem dationem vel
factum non requirit; quippè cum olim vel pro emtio-
ne venditione, vel pro locatione conductione habeba-
tur. *§. adeo autem Inst. de loc. conduct.* qui contractus ad
sui perfectionem rei traditionem aut factum non exi-
gunt. Transactio verò, quæ nihil aliud est, quàm rei
dubiæ vel litis incertæ neq; finitæ, aliquo dato vel re-
tento vel promisso conventa decisio; licet propriè non
sit contractus, sed contractus effectus: perficitur enim
per pactum & contractum *l. 2. ff. de transact. l. ut responsum
15. l. 17. l. 28. l. 6. l. 33. C. eod.* negari tamen non potest, quod
in jure nostro contractus passim appelletur. Quo sensu
transactionem contractibus nominatis si stipulatione;
innominatis, si contractu innominato transactum fue-
rit, annumerandam puto. *dd. ll. Cuiac. in l. 7. ff. de pact. Boc.
diss. de transact. th. 2.*

Contra-
tus inno-
minati.

21. *Innominati sive incerti contractus sunt, quorum appellationes nullæ jure civili speciales & propriae proditæ sunt, nec certam solennemque actionem producunt.*

Nam cum deficient vulgaria atque usitata contractuum nomina, solennis actio non competit, sed præscriptis verbis agendum est; in quam necesse est confugere, quoties contractus existunt, quorum appellationes nullæ jure civili proditæ sunt: naturâ enim rerum conditum est, ut plura sint negocia quam vocabula. *l. 2. l. 3. l. 4. ff. de præscr. verb.*

22. *Horum species sunt 1. Do ut des. 2. Do ut facias. 3. Facio ut des. 4. Facio ut facias. 5. Contractus æstimatorius.*

Qui contractus comparatione factâ cum nominatis à IC. *in tot. tit. ff. de æstimat. act. tit. ff. de rer. permut. tot. tit. & maxime in l. 5. ff. de præscr. verb.* exponuntur. Nam cum 1. comparatur emptio venditio; siquidem pecuniam do, ut rem accipiam; si autem non pecuniam sed rem do, ut rem accipiam, contractus innominatus erit, do ut des sive permutatio *d. l. 5. §. 1. l. 1. §. 1. de contrah. emt. in fin. l. 1. §. 1. de rer. permut.* quæ à contractu do ut des non differt *l. 1. l. 5. C. de rer. permut. d. l. 1. §. 1. ff. de contr. emt. §. item pretium 2. Inst. d. 1. l. 7. C. de rer. permut.* Sin verò dem pecuniam, ut pecuniam reddas, contractus erit nominatus & specialis, mutuum scilicet. Cum 2. & 3. confertur locatio conductio *d. l. 5. §. 2. & pen. l. 22. eo.* si nimirum do, ut facias; si tale sit factum, quod locari solet, puta ut tabulam pingas: pecunia data, locatio erit: si res, non erit locatio; sed nascetur vel civilis actio in hoc quod mea interest: vel ad repetendum conditio. Quod si tale est factum, quod locari non possit, puta

puta ut servum manumittas, contractus innominatus
erit. Cum 4. deniq; mandatum conciliat Ictus, quod
tamen cum ipso non est idem; cum nec mandatum, nec
commodatum, nec mutuum ad hunc contractum in-
nominatum Facio ut Facias referri queant; siquidem
hi contractus nominati suâ naturâ gratuiti sunt *l. 1. 4. l.*
36. §. 1. ff. mandat. §. 2. in fin. Inst. quib. mod. re con. oblig. VVe-
senb. parat. de mandato n. 3. de commodato n. 5. in fin. Sin er-
gò aliquando tale negotium inciderit, quod contra-
ctibus nominatis simile quidem sit, ad alterutrum
tamen ex illis referri nequeat, ad innominatum meri-
tò hunc referri debet. Præcipua verò innominatorum
à nominatis contractibus hæc est differentia: quod in
his etiam re integrâ poenitentia locum non habeat. Ab
initio enim sicut contractus sunt voluntatis & liberi ar-
bitrii: ita post fiunt necessitatis *l. 5. C. de O. & A. l. 35. §. 5.*
vers. Cum enim in arbitrio cuiusq; sit & C. de donat. l. in com-
modato 17. §. 3. ff. commod. Ita, ut nec is, qui implevit con-
tractum, altero non implente poenitere nequeat *per l.*
in civile 12. C. de R. V. l. ea conditione 14. C. de resc. vend. In
illis verò tam re integrâ, quam non, poenitere licet, an-
tequam scilicet alter quoq; contractum impleat *per l. 5.*
ff. de cond. caus. dat. non sec. cui indemnitas ejus, quod
impendit, præstanda est *d. l. 5. §. 1. VVesenb. parat. eod. in*
fin. 5. æstimatorius scilicet contractus, licet causam
contineat, quam & in prioribus deprehendimus; ta-
men ad quem prædictorum innominatorum referri
debeat, meritò apud veteres dubitatum fuit, non quòd
subtiliter ad unum de 4. dictis referri nequeat, sed quòd
quædam in illo reperiuntur, quæ in his recepta non
sunt. Nam cum celebraretur, dum res æstimatò ven-
denda dabatur, veteres non abs causa dubii erant, u-
trum

trum ex vendito actio esset propter æstimationem, quæ vice precii fungitur & venditionem inducit *l. 10. §. 3. in fin. l. 16. ff. de jur. dot. l. 5. C. cod. l. 22. ff. rer. amotar.* an ex locato? quasi rem vendendam locasse videretur; an ex conducto? quasi operas conduxisset, interveniente scil. mercede; an mandati? *l. 1. ff. de æstimat. act.* Ne itaq; actor periclitaretur, ineptam fortasse ex uno illorum contractuum actionem intentando, dubitationis & periculi tollendi causâ, contractus quidem in suo genere remansit: à re tamen, quæ æstimato vendenda data erat, nomen sortitus est, ut æstimatorius contractus vocetur, ac præscriptis verbis actio inde detur. Negotium enim civile gestum est, & quidem bona fide *d. l. 1. Vvesenb. parat. cod.*

3. Contra-
ctuum di-
visio.

23. III. Contractus vel sunt bonæ fidei, vel stricti juris.

Talis enim causa, qualis à suo effectu arguitur. Quapropter cum actiones quæ ex hisce contractibus oriuntur, aliæ bonæ fidei, aliæ stricti juris dicantur, & hæc non immeritò divisio in contractibus recepta est *arg. §. fin. Inst. de obligat. ex consens. l. 2. §. ult. ff. de O. & A. §. 24. Inst. de action. l. in contract. 3. C. quib. ex caus. maior. l. in bonæ fidei 13. C. de pact. l. mora 32. §. 2. ff. de usur. l. 13. C. cod. l. 22. ff. de donat. l. un. §. 2. C. de re uxor. act. l. 4. C. de Obligat. & Act.; Cumq; tempore contractus nondum constet de mora; attamen *in d. l. mora 32.* dicatur, ex mora in contractibus bonæ fidei usuras deberi, absq; ullo hinc dubio concludere licet, contractus alios bonæ fidei, aliosvè stricti juris eò non dici, quasi in omnibus bona fides non sit adhibenda *contra d. l. 4. & l. si mandatus 9. §. 1. in fin. ff. mandat, l. bona fides 31. depos. verùm quoniam illa**

am illa ipsa in bonæ fidei contractibus exuberare de-
bet, & tam contractus quàm implementi ejus tempore
intervenire, per excellentiam Icti hos contractus bo-
næ fidei nuncuparunt. *Rittershus. c. 3. ad d. l. contractus de*
R. I. Bocer. ad d. l. cap. 2. n. 3. Hinc quæritur cur nonnulli
contractus præ cæteris bonæ fidei esse credantur? Qui-
dam nullam hujus rei rationem reddi posse putant.
Quidam frequentem & necessarium usum horum con-
tractuum urgent. Inter quos etiam Cicero, *qui lib. 3. of-*
fic. ita inquit: Fidei quæ nomen existimabat Scævola ma-
nare latissimè, id quæ versari in tutelis, societatibus, man-
datis, quibus vitæ societas continetur. Quibus verbis
videtur reddidisse rationem, cur ex his maximè rem ex
bona fide geri, judicari quæ placeret: scilicet quia sine his
societas humani generis stare non posset. Quidam de-
niq; hoc spectatum putant, quod ex iis contractibus fe-
rè semper obligatio & per consequens utilitas est mu-
tua, ita ut neuter deliberiori judicis æstimatione con-
quirendi causam habeat, cum utrinque fiat. *Hotom. & Do-*
nell. in d. §. actionum autem 28. Instit. de action. Et hoc vi-
detur mirè juvari *§. penult. l. de loc. conduct. §. 1. in fin. Inst.*
de oblig. ex consens. Quod & nos sequimur, ita tamen,
ut frequentem & necessarium horum contractuum u-
sum non excludamus.

24. Bonæ fidei contractus dicuntur, ex quibus alter
alteri in id, quod ex bono & æquo præstandum est, obliga-
tur etiam absq; expressa & nominata de eo inter contrahen-
tes conventionem.

Bonæ fidei
contractus

d. §. fin. Inst. de obl. ex consens. & l. 2. §. ult. ff. de O. & A. Myn-
sing. Schneidvv. ad d. §. Inst. Tamen si verò cui videri pos-
set largiorem bonam fidem in actionibus seu judiciis
bonæ fidei, quàm in contractibus requiri; cum in his

C

bona

bona fides ipsos contrahentes solum respiciat, ut patet ex descript. ac fraudem, dolum culpamve abesse sufficiat: in illis vero iudicem maximè intueatur, cui quippe libera potestas æstimandi ex æquo & bono permittitur, quantum auctori restitui debeat §. in bon. fid. iudic. 30. Inst. de action. l. 7. ff. de negot. gest. imò amplius resarciri quoque in iudiciis debeat, si quod damnum vel aliunde, vel vitio rei, de qua actum, provenerit l. 59. §. 1. mandat. Nihilominus æquè in contractibus alter alteri in id obligatur, quod alterum alteri ex bono & æquo præstare oportet ultra quoque id, de quo nominatim convenit, tam quo ad officium iudicis, quam pro natura conventionis ac convenientium utilitate §. conductor 5. Inst. de loc. conduct. l. 7. §. 6. ff. de pact. l. 21. sol. matrim. Rittershus. d. c. 3.

Qui bonæ fidei contractus dicuntur. 25. Species contractus bonæ fidei sunt omnes, quarum actiones dicuntur esse bonæ fidei, ac in d. §. 28. Inst. de act. recensentur

Mozz. division. contract. n. 25. Rittershus. d. c. 3. Bocér. d. loc. n. 3. Schneidovin. ad tit. Inst. de obligat. special. de contract. n. 17. Lex enim sola cum bonæ fidei contractus & actiones facere possit d. §. 28. Inst. vers. Quamvis & §. seq. l. ult. §. ult. C. de petit. hered. nostrum erit, alias præter eas non fingere Bocér. d. l. ac cap. quippe non voluit frustra lex hosce contractus bonæ fidei esse & dici per ea quæ th. 23. in fin. dicta sunt.

An emphyteusis & contractus do ut des sint bonæ fidei? 26. Quid dicendum de emphyteusi & contractu do ut des, eruntne contractus bonæ fidei an stricti juris? Prius de utroque affirmo.

Quod enim mutatum non est, cur stare prohibetur? arg. l. sancimus. C. de testam. Atque inter veteres constitit contra-

contractum emphyteuticum aut emtionem esse & ven-
ditionem, aut locationem & conductionem; etsi u-
trum esset dubitabatur §. adeò 2. Inst. de locat. cond. sed
utrumvis horum esset, sententiæ huc concurrebant, ut
esset bonæ fidei, & ex his qui d. §. 28. enumerantur. Po-
stea Zeno voluit contractum esse ab utroq; separatim
l. 1. C. de jur. emphyt. Cur itaq; jam stricti juris statues?
Sic enim Zeno novam huic contractui vim dedit, non
ut minueret veterem, sed ut eam retineret & augetet.
Nec movet, quod in d. §. 28 non recensetur: licet e-
nim verbis non exprimatur, sententiâ tamen contine-
tur; & non tam quid verbis, quàm quid sententia le-
gis continetur attendendū est. l. 6. §. 1. de V. S. De contra-
ctu do ut des cū à permutatione, quem contractum
bonæ fidei esse constat d. §. 28. non differat (vid. quæ di-
xi th. 22. in exeg.) quin contractus bonæ fidei sit, mi-
nor est dubitatio.

27. *Stricti juris contractus dicuntur, qui strictè bo-* Stricti ju-
ris contra-
ctus.
nam fidem contrahentium continent, nec ultra id obligant,
quàm quod expressè à contrahentibus promissum, ac in con-
tractum deductum est.

arg. §. fin. Inst. de oblig. ex consens. l. quicquid. 99. ff. de V. O.
l. 126. §. 2. in fin. eod. Interdum tamen præter ipsam con-
ventionem in contractibus deductam, diem vel con-
ditionem hisce inesse interpretamur; ut exemplum
I. C. Paulus l. 4. §. ult. de pact. proponit. vid. l. 73. l. 134. §. 1.
de V. O. Sed hæc interpretatio perrarò admittenda, nec
nisi ex voluntate contrahentium manifestissima illa
appareat, à natura contractuum stricti juris receden-
dum est. Cuiac. ad d. l. 126. §. 2. de V. O.

28. *Species contractus stricti juris sunt omnes, quo-* Species
stricti juris
contractus.
rum

rum actiones in d. §. 28. verbis non exprimuntur, nec sententia continentur.

Nam cum ex professo enumerantur in d. §. actiones bonæ fidei, non erunt bon. fid. illi contractus, quorum actiones neq; verbis, neq; sententia d. §. continentur. Et omnino hinc verè licet usurpare, quod Modestinus de donatione scripsit *l. eum qui 22. ff. de donat.* idè ceteros bonæ fidei non esse, quia in bonæ fidei contractibus non deputentur.

4. Contra-
ctuum di-
visio.

29. IV. Quidam contractus sunt ultrò citroq; obligatorii; quidam obligatorii ex parte tantum altera.

princ. Inst. de auth. tutor. vers. unde ex his causis l. 2. §. item in his contractibus. 3. ff. de O. & A. §. 1. in fin. Inst. de obligat. ex consens. l. Labeo 19. ff. de V. S. Et ratione obligationis, quam contractus producant, differunt. In quibusdam enim alter alteri obligatur ad dandum vel faciendum: in quibusdam verò tantum unus alteri. Græci illos contractus vocant *συναλλάγματα διπλευρα*; ex quo genere est emtio venditio, locatio conductio &c. hos *μονόπλευρα*, ex hoc genere est stipulatio, mutuum &c. *Cuiac. in l. 1. in pr. ff. de V. O.*

In contra-
ctu duo re-
quiruntur
intellectus
& volun-
tas.

30. Omnem contractum conventionem esse dixi, quam duo pariunt: intellectus rei gerenda, & duorum saltem contrahentium voluntas.

Hinc unius factio interveniente ad obligationem, nunquam existit contractus: & in hoc contractus differunt ab ultimis voluntatibus, pollicitatione & delictis. Ultima voluntas, veluti heredis institutio, legatum, fidei commissum, unius tantum testatoris voluntas est, nihil hinc cum herede aut legatariis geritur. Idè toto genere à contractibus distant. Pollicitatio à solius tantum offe-

offerentis voluntate dependet *l. 3. ff. de pollicit.* Contra-
ctus duorum voluntatem requirit. In delictis & qua-
si delictis versatur tantum unius factum, ex quo obliga-
tio oritur; in contractibus duorum. *vid. ib. 7. Donell. 12.*
comment. 7.

21. *Hinc totidem res contrariae visus conventionem
& contractum impediunt: defectus intellectus & volun-
tatis, aut solius voluntatis.*

Donell. d. c. 7. §. 22.

22. *Deficit intellectus vel ratione ipsius facultatis in-
telligibilis, vel ratione rei, quæ eidem obijcitur.*

Intellectus
deficit r.
ratione fa-
cultatis in-
telligibilis.

23. *Destituuntur facultate intelligibili infantes, furio-
si, mente capti.*

Infantes nullum intellectum habent *§. 9. vers. sed quod
diximus Inst. de inut. stipulat.* nec intelligunt quid sit *l. 14.
ff. de sponsalib.* vel agitur *l. 1. §. 13. de Obl. & Act.* Itaque ab om-
nibus omnino contractibus submoventur, etiam tu-
toris auctoritate interveniente *d. §. 9. l. 5. de R. I.* atque
ad eò, ut nec naturalis sit obligatio, quæ ex persona in-
fantis initium capiat: nam ubi ex re venit actio utique
tenentur *l. furiosus 46. d. Obl. & Act.* Sed in proximis in-
fantia propter eorum utilitatem benignior juris inter-
pretatio facta est, & contrahere possunt, ita tamen, ut
in iis contractibus, in quibus tutorum auctoritas neces-
saria est, veluti si ipsi obligentur adhibeatur tutor: nam
alium sibi obligare etiam sine tutoris auctoritate pos-
sunt *d. §. 9.* usque ad eò, ut etiam contractus ultrò citroque
obligatorii cum iisdem habiti ex uno latere constent.
*princ. Inst. de auctor. tuto. l. Julianus 13. §. si quis à pupillo 29. ff. de
action. emt.* Si verò utrinque sint perfecti ejusmodi con-

tractus, non potest pacto effici à pupilio, ut ex uno de-
inde latere consistere incipiant *l. 1. vers. nam quod Aristo*
ff. de Resc. vend. arg. l. 35. de R. I. Par est ratio furiosorum,
qui continua mentis alienatione omni intellectu ca-
rent *l. 14. de offic. Præs. & perpetuo furiosi l. 12. §. 2. de iu-*
dic. l. 9. C. de impub. & all. subst. quæ infantium. Quia non
intelligunt, quid agunt *§. furiosus 8. Inst. de inut. stipulat.*
l. 70. §. 4. ff. de fidejussor. l. 5. 40. de R. I. l. 1. §. 12. de O. & A. l. 209.
de V. S. l. 2. C. de contr. emt. siquidem per omnia & in omni-
bus absentis & dormientis loco habentur *l. 124. §. 1. de*
R. I. l. 2. §. 3. de Iur. codicill. l. 17. §. 11. de Iurejur. l. 1. §. 3. verb.
si quis dormienti. de acq. possess. imò ignorantis l. 4. de divor.
& repud. Qui verò intermissionem furoris habent *l. 20.*
§. 4. qui testam. fac. poss. & intervalla insanix Caj. fragm.
2. Inst. 2. §. ult. illi ab omnibus contractibus omninò &
semper non removentur, sed ad tempus furore nempè
quiescente admittuntur. Illo enim tempore non
solum testamentum facere *d. l. 20. §. 4. ff. §. 1. Inst. & l. 9. C.*
qui testam. fac. poss. sed etiam contractus quosvis celebra-
re possunt *l. 2. C. de contr. emt.* Et hoc dilucidum furo-
ris intervallum ex actu furiosi dijudicandum, num ille
more sapientis gestus sit nec ne. Illo etenim casu valet;
hoc neutiquam subsistere potest *arg. l. 12. §. ult. de tutor.*
& curato. dat. ab his qu. Et quod de furioso dicitur, etiam
de mente capto intelligendum est, etsi furore non cor-
ripiatur, cum quod furioso in rebus gerendis denega-
tur id eò fit quod intellectu careat *§. prater. Inst. quib. non*
est perm. fac. testam. Ergo hi contrahere nequeunt quia
his nihil intelligentibus deest voluntas, proinde &
consensus: nullus autem contractus sine consensu *l. 1.*
§. 1. ff. de pact. Quæ res facit ut nec tutoris, aut curato-
ris auctoritate accedente isti obligentur *l. in negoc. s. ff.*
de R. I.

de R. I. Prius est enim ut quid agatur, quam ut tutor
curatorve dicat se probare id quod agitur l. 3. de auctor.
tuto.

34. Deficit intellectus ratione rei qua obijcitur, pro-
pter errorem vel propter dolum.

2. Ratione
obijcti
propter er-
rorem &
dolum.

De errore hæ sunt veterum sententiæ: error non ha-
bet consensum l. 2. ff. de Iudic. item qui errat non con-
sentit: item nihil tam contrarium est consensui quam
error l. si per errorem 15. d. Iuris d. Dolus quoq; defectum
intellectus arguit, quia qui dolo inducitur errat in no-
titia, error verò in notitia parit errorem in voluntate,
ut meritò placuerit, quod is, qui dolo deceptus paci-
scitur, consentire non videatur l. qui cum tutorib. 9. §. 2.
ff. de transact.

35. Error nihil aliud est quam opinio falsa, quâ aliud
pro alio putatur; & committitur vel in contractus spe-
cie, vel in persona cum qua contrahitur, vel deniq; in re,
quæ in contractum deducitur.

Error quid
tripliciter
committit-
tur.

Azo in sum. C. de jur. ignor. Donell. 12. comment. 7. Gædd. de
contrah. & comm. stipulat. c. 3. n. 7. & seqq.

36. Erratur in contractus specie, quoties utrinq; non
creditur idem negotium agi, & constat nec perfici nego-
tium quod ex alterutrâ parte putabatur tractari, nec ullam
obligationem contrahi.

1. In con-
tractus
specie.

l. 55. l. 57. ff. de O. & A. quia consensus non est unius, inter-
rogantis fortè vel respondentis, sed duorum in idem
placitum ac in eandem causam consentientium volun-
tas l. 1. §. 1. de pact. l. 3. de pollicit. Et affectus ex utraq; parte
contrahentium concurrat oportet: nam sive ea ven-
ditio, sive donatio, sive conductio, sive quælibet alia
causa

causa, contrahendi fuit: nisi animus utriusq; consen-
tit, perducitur ad effectum quod inchoatur non potest
d. l. 55. Unde si ego tibi stipulanti promittam decem ani-
mo fidejubendi pro Titio: tu verò stipulatus sis, ut ti-
bi sim principaliter ad decem obligatus, quippe Titius
debitor tibi non est, neq; fidejussoria, neq; aliqua prin-
cipalis est nata obligatio: illa non, quia fideiussor ei
obligari non potest, cui reus promittendi obligatus
non est *l. fidejussor 15. ff. de fideiuss.* hæc non, quia hoc a-
nimo & fine non promittebat, & à stipulatore dissentie-
bat. Sic si ego tibi quasi donaturus, tu quasi mutuū
causâ accipias, aut vice versa, nec donatio nec mutu-
um erit *l. 18. ff. de R.C.*

2. in perso-
nâ.

37. Errat contrahens in persona, cum puta Sempro-
nio stipulanti promittit se donaturum, dum hunc putat es-
se Titium, cui soli promissum volebat. Qui ita promissit,
neutri obligatur; neq; Titio, quia huic non promissit, neq;
Sempronio, quia in eo errans non consensit.

d. l. 15. ff. de jurisd. l. 2. de judic. Sed meminerimus errorem
exigere nos in persona ipsa, cum qua res geritur: nam
diversum est, si erretur in nomine proprio personæ,
dum de persona ipsa constat. Nihil hic error de con-
sensu in eandem personam mutat: cum nomina signi-
ficandorum hominum gratiâ reperta sint, qui si alio
quolibet modo intelligantur nihil interest *§. siquidem
in nomine 29. Inst. de legat.*

3. in re.

38. Circa rem in contractum deductam error commit-
titur, cum vel in corpore contrahentes dissentiunt: veluti
qui stipulanti Stichum promittit, cum de alio seruo senti-
ret stipulator; estq; inutilis omnis conventio.

d. l.

d. l. 57. ff. de O. & A. l. 83. §. 1. l. 137. §. 1. de Verb. Oblig. Idem quoq; in judiciis esse putabat Aristo, quem reprehendit Paulus d. l. 83. §. 1. nec immeritò: quia differt contractus ea in re à judiciis; in contractu utriusq; consensus requiritur: & proinde in judiciis non est credendum reo, sed actori potius, ne, si reo credatur, iudicium fiat illusorium; propterea quod reus semper dicet, de alio se sensisse arg. l. 2. §. Scævola ff. de eo quod cert. loc.

39. *Vel in corpore quidem consentiunt, in materia verò errant: veluti cum aurum putarent, quod æs esset, & placuit nullam esse emtionem; & contra stipulationem valere, pignori datum obligari.*

l. 9. §. inde queritur cum ll. seqq. ff. de contr. emt. l. 22. de V. O. l. 1. §. 2. de pigner. act. ratio differentia ea est; quia in emtione venditione pretium intervenit. Est autem contra bonam fidem; id est, naturam emtionis, ut pretium detur pro auro, & tamen præstetur æs pro auro. Giph. d. l. 22. Sed hæc ita. si materia toto genere sit diversa: nam si non in totum erretur in materia, V. C. aurum quod quis se emere putabat, æris aliquid admixtum habeat, consistit emtio. l. 14. ff. de contrah. empt.

40. *Et hæc de errore, sequitur dolus, qui vel incidens est, vel causam dans contractui.*

Zafius. Cujac. Giph. in l. si quis cum 36. ff. de V. O.

41. *Dolum causam dantem contractui dicunt, sine quo contractus non fuisset ullo modo celebratus.*

Veluti si quis neq; propositum, neq; animum habens contrahendi, ab aliquo dolo ad hoc inducitur & persuadetur, ut animum contrahendi sibi sumat, & eo modo quo persuasor velit, contrahat arg. l. 3. in fin. ff.

D

pro

Dolus incidens vel causam dans contractui,

pro soc. l. 16. ff. de minor. l. 1. & eleganter 7. vers. si in hoc ut venderet ff. de dol. mal. Gædd. d. tract. c. 3. n. 112.

42. *Dolum incidentem; quando aliàs etiam contracturus, in ipsa conventionione decipitur.*

Ut fortè carius emat, vilius vendat l. 9. princ. ff. de dol. l. Julianus §. si quis colludente 27. de action. emt. l. 22. l. 36. de V. O. Oldendorp. class. 6. act. 11. Schneidovvin. in §. act. 28. Inst. de action. n. 22. Gædd. d. loc. n. 113.

43. *Hic dolus contractum non vitiat, nec refert bonæ fidei sit contractus an stricti juris.*

l. 7. §. non solum l. 9. in princ. de dol. mal. l. 6. §. fin. l. 11. §. 5. l. 13. §. 4. & 5. de action. emt. l. 2. de dol. & mer. except. d. l. 22. l. 36. de V. O. Hartman. Pistor. quest. 23.

44. *Ille, contractum bonæ fidei vitiat, stricti juris non.*

d. l. 7. in princ. de dol. mal. l. 16. §. 1. de minor. l. 3. §. fin. pro soc. Zas. in §. action. 28. n. 44. ibid. Donell. n. 26. Inst. de actionib. Zasius, Cujac. Donell. Giphon. in d. l. 36. de V. O. Diss. Ioan. Faber. in d. §. action. Ioann. Robert. 3. animadvers. c. 1. 2. & 3.

Voluntas deficit vel propter vitium animi vel res quasdam externas.

45. *Et hætenus quomodo ob defectum intellectus contractus impediatur, consequens nunc est, ut dicamus de voluntatis defectu. Hunc arguunt duo: vitium animi & res quædam externæ.*

Donell. 12. comment. 7.

46. *Vitium animi, quod deficere voluntatem facit, & per consequens contractum impedit, est in prodigo; qui licet intelligat quid agatur, ipsius tamen voluntas, quod neque tempus neque finem expensarum faciat, sed bona sua dilacerando & dissipando profundat, nulla est.*

l. 1. in.

l. 1. in princ. ff. de curat. furios. & al. dand. l. furios. 40. de R. I.
prodigus hoc à furioso, mente capto & infante (de qui-
bus sup. thes.) differt, quod hi nullum negocium gere-
re possint, neq; quo obligentur ipsi, neq; quo sibi ob-
ligationem acquirant l. in negoci. s. d. t. At prodigus pro-
mittendo quidem non obligatur, stipulando tamen
vel aliter contrahendo sibi acquirit l. is cui 6. de V. O. l. 9.
§. 7. de R. C. Et cum prodigo bonis Interdicatur, hinc non
incommodè quæritur, à quo & quomodo hoc fiat? Di-
stinguendum puto, inter prodigi constitutionem, de-
clarationem, interdictionem & tutoris dationem. Pro-
digus est & constituitur malis moribus: declaratur ho-
die sententiâ magistratus; olim sententiâ decemviro-
rum: interdicitur ipsi bonis, factâ declaratione, ho-
die & olim lege: curator dabatur olim lege, hodie à
Præto d. l. 1 ff. de curat. furios. dand. l. 18 de testam.

47. Res externæ, quæ defectum voluntatis arguunt,
duæ sunt: vis metus vè, & propositum contractui institu-
to contrarium.

Voluntas extorta, voluntas non est, siquidem princi-
pium voluntatis intuemur, non actum quo volumus,
eligimus. l. 17. in princ. qui & à quib. manum. c. meritò 15.
quest. 1. Hinc utrunq; de eo, qui vi cogitur, dicitur &
nolle & velle. Non vult sub conditione si liberum es-
set non consentire. At si spectemus id, quod simplici-
ter & reverâ gestum est, verè voluit; qui licet coactus,
voluit tamē l. 21. §. si metu 4 ff. quod met. caus. Et certè erat
in ejus potestate nolle, etiamsi vis ei inferretur: potuit
enim vim pati potius, quàm verbis consentire. Sed
quoniam hæc ipsa voluntas turpiter extorquetur & ma-
lo more, quem probare contra bonos mores est, id o-

perari non debet, quod si prorsus libera fuisset, operari valuisset. Et propositum contractui instituto contrarium, satis arguit voluntatis defectum, & declaratur his rebus: si quid datum donandi, gestum jocandi, demonstrandi, simulandi causâ *l. 3. §. 1. §. fin. de O. & A. l. 21. C. de transact. l. 6. C. si cert. pet. & tot. tit. C. plus val. quod agit. Donell. 12. comm. 7. Gædd. de contr. & comm. stip. c. 3. conclus. 6. n. 89.*

48. Atque hæc ob intellectus & voluntatis defectum contractum impediunt. Sed non statim, qui rem gerendam intelligunt & contrahere volunt, rectè contrahunt. Nam sunt adhuc alia impedimenta, quæ contractui obstant, tum ex personis contrahentium; tum ex re, de qua inter eos agitur, nata.

Impedi-
menta cõ-
tractuum
ex perso-
nis,
i. impedi-
mentum
generale.

49. Impedimentorum ex personis contrahentium ortorum; quædam sunt generalia & omnibus contractibus obstant; quædam specialia & tantum nonnullis.

50. Generale impedimentum est i. in seruo. Qui licet consentire possit, conditio tamen in qua vivit, impedit, quominus ex contractu civiliter obligetur.

Servus ex contractibus suis obligatur naturaliter & non civiliter *l. servi 14. l. 43. ff. de Obl. & Act. l. naturaliter 13. l. si quod dominus 64. de condict. indeb.* quia juris naturalis est particeps, civilis non item, ut neq; Prætorii *l. quod attinet 32. de R. I.* Ex persona tamen dominorum jus stipulandi habent *princip. I. de stipul. servor.* eatenus, ne dominis contrahendo detrahant. Aliàs quod in ipsorum favorem introductum est, ut servi nimirum iis acquirant *§. 1. Instit. d. tit. l. 10. 32. ff. de acquir. rer. dom. eorumq;*

rumq; conditionem meliorem reddant *l. melior. 133. de R. I. id in ipsorum damnum contra legis mentem vertetur l. quod favore 6. C. de legib. l. 19. C. de fid. instrum.* Hodie dominorum in servos jure sublato, famuli loco extraneorum dominis sunt. Sibi etenim delinquant & contrahunt *arg. l. servi 14. & 20. ff. de O. & A. nec ex eorum contractibus domini tenentur, nisi quatenus mandaverint aut consensus eorum intercesserit l. 5. §. 11. l. 16. & 101. tit. de instit. & exercit. act.*

51. 2. In pupillis pubertati proximis, qui absq; tutorum auctoritate ex contractu non obligantur.

2. Impedimentum.

d. l. 43. de O. & A. nisi locupletiores facti l. 3. §. 4. de negot. gest. l. naturaliter 13. in fin. & l. seq. de cond. indeb. l. 1. §. an in pupillum vers. nam & in quantum depos. vel dolo malo in re aliena versati sint d. l. 1. §. an in pupill. l. heredibus 13. §. fin. de dol. mal. Extra has causas obligatur quidem naturaliter respectu rei *l. 1. in fin. ff. de novat. l. cum illud 35. §. 1. quand. dies l. ced. l. stichum 95. §. aditio ff. de solut.* nam in re obligatio est ex ipsius consensu, quia secundum naturam rei gestæ non minus ipse, quam ejus accessiones tenentur *ad. ll.* At non obligatur ratione personæ: nam obligatio in persona pupilli est sine effectu *l. quod pupillus 41. de cond. indeb. l. pupillus 59. de O. & A. Donell. in l. 128. de V. O. VVesenb. in §. pupillus Inst. de inut. stipulat.*

52. Minorum diversa causa est, in quibus hæc recepta est juris distinctio: aut curatores habent, aut non habent; illi qui curatores habent citra ipsorum consensum contrahere nequeunt, cum non absimiles habeantur iis; quibus curatore à Pratore dato bonis interdictum est. Qui verò

D 3

CURO

curatores non habent, contrahere quidem possunt, lesi tamen utuntur restitutionis in integrum beneficio.

l. 3. C. de in integr. restit. minor. l. 1. l. 2. l. 3. l. minor. 40. l. minor. 48. ff. de minor. 101. tit. C. si advers. vendit. 101. tit. si advers. transact. Donell. 12. comm. 22.

Impedimē
ta specialia

53. Impedimentum quod nonnullis tantum contractibus obstat; est in iis personis, quæ quidem contrahere & rem gerere rectè possunt, sed jure in ea specie, de qua agitur, obligationem contrahere nequeunt.

1. Imped.

54. Quale impedimentum 1. est in muto & surdo; qui stipulationem; quæ verba stipulantis & promittentis requirit, & ut uterq; alterum loquentem audiat, contrahere non possunt, si ve stipulentur si ve promittant.

l. 1. §. ult. ff. de Obl. & Act. §. mutum Inst. de inut. stipular. l. 1. in princ. de V. O.

2. Imped.

55. 2. Est in filiofamiliâs; qui pecuniam mutuo accipiens efficaciter non obligatur, sed perpetua SCti Macedoniani exceptione adjuvatur.

101. tit. ubi Dd. ff. & C. ad SC. Maced.

3. Impedi-
ment.

56. 3. In muliere, quæ alieno nomine intercedens, SC. Vellejano obligationi eximitur, restituta in pristinum debitorem actione.

l. quamvis 8. §. 5. & fin. l. si mulier 14. ad SC. Vellejan. Mulier suo nomine contrahens efficaciter obligatur; non verò si alieno nomine, cum quod ab omnibus officiis civilibus remota sit l. 2. de R. I. l. 1. §. 1. ad SC. Vellejan. tum quod ob sexus fragilitatem blanditiis facillimè ad fidejuben- dum induci, remq; familiarem in maximum periculum inducere possit. princ. Instit. quib. alien. lic. vel non l.

2. §. 2.

2. §. 2. ad SC. Velleian. vid. l. 13. 16. eod. Hodie ex constitu-
tione Imp. Iustiniani formâ l. 23. C. d. z. non observata,
ipso jure non obligatur.

57. 4. In patre & filiofam. qui licet cum aliis rectè ^{4. Imped.}
contrabant, alter tamen alteri propter unionis fictionem
ex contractu non obligatur.

l. 39. ff. de O. & Act. §. item inutilis 6. Inst. de inut. stipulat. §.
hi qui in parentum 12. Inst. de obl. qu. ex delict. quæ fictio
cum juris civilis sit, non impedit quominus alter alteri
naturaliter obligetur.

58. 5. In fratribus ejusdem potestatis; inter quos ^{5. Imped.}
nulla constare potest ex causa profectitii peculii civilis ob-
ligatio.

l. frater à frate 38. ubi Dd. ff. de cond. indeb. Nam obligatio
hæc statim acquireretur patri l. placet. 79. de acquir. hered.
ita ut si quid frater deberet in hac causa, patri deberet
& non fratri: sed nec patri ipsi hic filius civiliter debe-
re potest. Unde hîc quoq; naturalem tantum obliga-
tionem intervenire necesse est, quâ frater debitor in
proposito tenetur patri d. l. 38.

59. Et hæc de impedimentis, quæ ex contrahentium
personis proveniunt; ex re impedimenta oriri dicimus, cum
is creditor est, qui de ea re, qua de agitur, contrahere pro-
hibetur.

Impedi-
mēta cō-
tract. ex re-
bus.

Ut qui officii temporalis (non perpetui l. 34. de R. C.) cau-
sâ in provincia agit vel militat, prædia comparare in
eadem provincia non potest: præterquam si paterna e-
jus à fisco distrahantur l. 62. de contrah. emt. Tutor quoq;
rem pupilli emere non potest. Idemq; porrigendum
est

est ad similia: id est, ad curatores, procuratores, & qui negotia aliena gerunt *l. 34. §. fin. d. iij. de his & aliis ex rebus ortis* dicitur in seqq. plenius.

Duo in contractū deducuntur res & facta.

60. *Vt omnis contractus obligationis causā comparatus, ita nullus contractus in quo non id agatur, ut aliquid detur vel fiat. Hinc apparet duo esse quæ in contractum deducuntur: res, quæ dari; & facta, quæ fieri dicuntur.*

l. 3. in princ. ff. de O. & A. §. ult. l. de V. O.

Res in contract. non potest deduci.

61. *Omnis res quæ dari & haberi, dominioq; & usui nostro subijci potest, in contractum rectè deducitur. Quare si convenerit, ut res detur, quæ dari nequit, contractus non subsistit.*

l. si stipulor 35. d. ii. princip. Instit. de inut. stipular.

1. Quæ nō est in rerū natura.

62. *Rerum quæ dari, haberi non possunt, tria sunt genera. Primum est illarum, quæ non sunt in rerum natura.*

§. 1. Instit. d. 1. ut si promittatur homo vel bos mortuus, domus incendio consumpta, navis dissoluta, aut quæ naufragio periit. d. §. 1. l. si homo 69. l. liber homo 103. de V. O. l. 1. §. si id quod. de O. & A. Si verò ejusmodi res sit, quæ aliquando existere possit, & licet nondum sit, tamen futura speretur, rectè in contractum deducitur, *l. 61. de contrah. emt. l. 73. pr. de V. O.* ut sunt fructus futuri, & foetus pecorum.

2. Quæ cō-mercio est exempta.

63. *Alterum genus rerum, quæ dari non possunt, est earum rerum, quæ in rerum natura cū sint, commercio sunt exempta.*

Natura.

64. *Eximuntur hominum commercio quedam natura, quedam jure. Naturā liber homo,*

Lib

l. in emptione 34. §. 1. de contrah. emt. l. inter stipulantem 83.

§. sacram de V. O. d. §.

65. Iure deinceps gentium, vel morib. & instituto civitatis. Iure?

d. l. 34. §. 1. de contrah. emt.

66. Gentium jure eximuntur commercio mare, littus Gentium,
maris, flumina publica, aer, aqua profluens & si quæ eius
generis alia.

§. 1. 2. 3. 4. 5. 6. & c. I. de R. D. l. 1. 2. 3. & 1. 1. ff. eod. §. 1. 2. & 3. I. de
inut. stipulat. §. fin. I. de emt. vend. Nullum harum rerum
jure gent. est commercium, quia nequeunt naturâ suâ
in singulorum dominio patrimonioq. existere, quam-
diu in eadem causa perseverant.

67. Moribus & instituto civitatis exiuntur commercio
quædam res vel in totum, vel certarum tantummodo per-
sonarum.

68. In totum; res sacræ, religiosæ, sanctæ; & si quæ a Civili
lic publico usui & oportunitati destinatæ.

69. Certarum tantum personarum commercio eximuntur,
veluti mancipia Christiana, prædia Italica, prædia pro-
vincialia & c.

1. 1. C. ne Christ. mancip. hæret. v. judæ. v. pag. hab. Vlp. in frag.
de dom. & acquis. rer. l. 62. de contrah. empt. Mancipia Chri-
stiana à Judæis, hæreticis, paganis haberi, possideri non
possunt. Prædia Italica à peregrinis: & provincialia à
Præside istius provinciæ comparari prohibentur dd. ll.
De his rebus notanda est Ulp. distinctio: multum in-
terest, ait, utrum ego stipulor rem, cujus commercium
habere non possum, an quis promittat: si stipulor rem
cujus commercium non habeo, inutile esse stipulationem
placet; si quis promittat, cujus commercium non habet,
ipsi nocere non mihi l. 34. de V. O.

E

Ter-

70. Tertium genus est illarum rerum, quæ cum commercio non sint exemptæ, alienandi causâ in contractum deduci prohibentur.

In hoc numero sunt prædia dotalia, prædia sive res immobiles donatæ propter nuptias, servus, qui in fuga est; res litigiosæ &c. l. 4. l. dotale 13. ff. de fund. dotal. pr. I. quib. alienar. lic. Nov. 60. c. 1. l. in fuga 6. C. ad l. Fab. de plag. l. 2. ff. eod. l. 35. §. 3. de contrab. emt. 1. 1. ff. & C. de litigios.

71. Et hæc ita obtinent, si hæc res specialiter seu principaliter in contractum deducantur. Quod si non principaliter; uti eo modo alienari possunt, ita possunt etiam utiliter in contractum deduci.

Veluti si vendam aut aliter cedam tibi fundum, in quo sit aliqd sacri, vel religiosi, vel fundi dotalis, vel litigiosi; & convenit inter nos, ut id omne ad te transeat. Hoc modo utilem esse conventionem placuit, & simul procedere alienationem, quasi non videantur istæ res vendi aut cedi, ubi nõ vaneunt ceduntve principaliter, sed emtioni cessionive majoris partis accedunt: quam ideò sequuntur utiliter, quia illa per se vāniri & alienari potuit l. 22. l. 24. ff. de contrab. emt.

72. Si verò hæc res principaliter in contractum deducuntur, inutilis contractus erit adeò, ut nec æstimatio debeat.

§. idem juris est I. de inut. stipulat. l. si stipulor. 35. l. 83. §. sacram. ff. de V. O. Nam si res promittatur, ipsa res in obligationem venit non æstimatio, quia non est promissa. Quò fit, ut si rei obligatio non consistit, neutrum debeat; non res, quia jus vetat; non æstimatio, quia deest promittentis voluntas.

73. Sed

73. Sed quid dicendum, si is, qui res supra dictas sibi dari stipulatus est, aut emit, sibi cavens stipulatus sit pœnam, an saltem pœna committitur? Nego.

1. si homo 69. de V. O. Nam 1. cum subdita sit impossibili conventioni, & ipsa impossibilis erit, non quod pecunia dari non possit, sed quod dari non possit, ut pœna arg. l. aliud fraus est 131. de V. S. quia nullum delictum, nulla mora, nulla culpa intelligi potest ob eam rem non præstitam, cujus præstatio est impossibilis d. l. 35. l. multa 6. l. in testamento 27. de condit. & demonst. Donell. ad d. l. 69. Et 2. cum principalis stipulatio non valet, meritò & pœnalis sive accessoria erit inutilis, quia cum principalis causa non subsistit, plerunq; nec accessiones valent l. cum principalis 178. de R. I.

74. Hoc tamen, quod de his rebus principaliter in contractum deductis dixi, in emtione venditione hanc recipit limitationem: qui nesciens eiusmodi res emit, licet emtio non teneat ad hoc, ut vendita res tradi debeant; ex emto tamen adversus venditorem experietur, ut consequatur quod eius interfuit.

l. & liberi 4. l. 62. §. 1. l. 20. ff. de contrab. emt. l. 8. §. 1. de religiof. Quod proprio quodam jure & natura emtionis & venditionis accidit: in hac enim non tantum tenetur venditor, ut præstet rem venditam; ad quod sanè non teneri cum in his rebus venditis fatemur; sed etiam, ut si qua in re emtorem decepit sciens, sive ignorans quid affirmavit de re, quod non erat, id præstet. Etsi enim putavit ita esse, non tamen facilis esse debuit ad temerariam affirmationem l. Iulianus. 13. in pr. & §. 3. ff. de act. empt.

75. Hac de rebus. De factis idem ferè ius atq; eadem leges. Quemadmodum enim res in contractum deduci nequit, qua dari non potest; sic factum, quod non potest fieri.



d. l. si stipulor pertinet enim & hoc ad regulam generalem
juris, impossibilium nullam esse obligationem *l. 135. de*
R. I. l. 185. eod.

76. *Fieri aliquid non posse intelligitur vel natura vel jure.*

77. *Natura fieri non posse dicimus, quibus natura impedimen-*
to est, quo minus fiat

§. si impossibilis 10. I. de iur. stipul. veluti coelum ascende-
re d. §. vel si qui Romæ est, se hodie Chartagini daturum
spondeat l. 2. §. 6. de eo quod cert. loc. §. loca 5. I. de V. O. Quæ
stipulatio inutilis est, nisi uterq; dispensatores Cartha-
gini habeat, quibus multò antè nota facta eo die inter-
ponenda stipulatio, mandatumq; illi ut solveret, huic
ut acciperet *l. ult. §. 4. de V. O.* Si verò aliquid promissori
impossibile quod alii possibile est rata est, stipulatio *l.*
137. §. 5. eod.

78. *Iure fieri nõ possunt, quæ leges fieri prohibent aut boni mores.*
l. pacta 6. C. de pact. Nam & boni mores optima pars sunt
juris, ut qui nascuntur ex jure naturali & gentium ma-
xima ex parte.

79. *Lex fieri quid prohibet aperitè verbis, sive tantum legis*
sententiã: ex quibus in usu juris illud si fiat, dicitur fieri contra
legem; hoc magis in fraudem legis.

l. contra legem 29. cum seq. ff. de ll. Utriusq; generis promif-
sio ex æquo inutilis *l. non dubium 5. C. d. 2.* qui sint in ejus
causa contractus ex unaqua; lege sumendum est.

80. *Prohibent boni mores, si quid turpiter, si quid non hone-*
stè fit. Quare bonis moribus contraria sunt omnes conventiones,
in quibus promissio seu præstatio est turpis & cum maleficio con-
juncta.

l. filius 15. de condit. Inst. l. si inquilinos 112. §. pen. de legat. 1. l.
generaliter de V. O.

81. *Et sunt harum duo genera: quadam sunt, in quibus id fiet*
ri pa-

si paciscimur, quod per se est turpe; quaedam in quibus promittitur pecunia, & res aliqua juris nostri, quae honestè per se ut præstari, ita promitti potest, sed promissio est eiusmodi, ut ea recepta is quo cum paciscimur ad delinquendum in vitetur.

Exempla in l. 27. de V. O. l. alia 14. §. fin. solut. matrim. l. parentes 6. de in jus vocand. l. conditiones 9. de condit. instit. l. si flagitii 123. de R. I. l. si unus 26. §. 3. & 4. de pact. l. 1. §. 7. de pos. & passim.

82. Atq; hæc de consensu & rebus in contractum deducendis dicta sufficiant: sequitur nunc quomodo his duobus concurrentibus contractus fiant ac perficiantur.

Quomodo contractus fiant ac perficiantur.

83. Et sciendum quod nonnulli contractus solo consensu de dando vel faciendo perficiantur, nonnulli præter consensum rei dationem vel facti præstationem; nonnulli verba; nonnulli deniq; litteras requirant.

84. Solo consensu perficiuntur emptio venditio; locatio conductio; societas; mandatum; emphyteusis;

1. Quidam perficiuntur consensu.

Ac hi contractus consensu fieri dicuntur, non propterea, quod reliqui eo destituantur contra l. 1. §. adeo 3. ff. de de pact. sed quod hi perfecti ac confecti sunt illis consentientibus, qui negocia gerunt §. 1. in fin. Inst. de obligat. ex consens. l. 2. §. 1. ff. de O. & A. Et nomen generis per eminentiam speciebus accommodatur hîc, ut & aliis in jure nostro locis arg. tit. inst. de adopt. Neq; dubitemus de emphyteusi idem asserere: unde & meritò eundem contractum bonæ fidei conventionibus (supr. th. 26.) asseripimus, cum hîc variæ præstationes ex utriusque contrahentium parte ac voluntate incidant, super quibus arbitrio judicis opus non est, sed ex bono & æquo deciduntur ac præstantur d. l. 2. §. ult. Tum quod, uti priores, maximè consensu constet arg. l. 1. C. de iur. emphyt. ubi quæ pactionibus placuerunt cuncta etiam firma &

ma & rata habentur; pactio verò absq; consensu consistere nequit per *d. l. 1. §. 2. de pact.* & quod suis pactio- bus hic contractus fulciatur iisdem ferè verbis Imp. in *§. adeo 3. I. de loc. cond.* ait; exindeq; ergo legem formamq; capiet per *l. 1. §. si convenit 6. depos.* Tum deniq; affinitas hujus contractus cum emt: venditione, locatione conductione ita concludere jubet. *vid. supr. th. 17. 20. 26. in exegefib. V. Vesenb. ad d. §. 3. lit. K. & n. 8. Bacchov. in Treutl. 1. disput. 29. th. 9. lit. C.*

2. Quidam rei datione vel facti præstatione,

85. *Rei dationem vel facti præstationem requirunt mutuum; commodatū; depositum; pignus & omnes contractus innominati. Principaliter enim, ut res vel factum in hisce interveniat, exigitur. V. Vesenb. parat. de reb. cred. n. 5. l. 52. §. 1. ff. de O. & A. t. 1. I. quib. mod. re contrah. obl. t. 1. ff. & C. de præscr. verb.*

3. Quidam verbis,

86. *Verba; stipulatio; & quidem congrua interrogationi præcedenti & responsioni subsequenti exigit. qua si desint, licet consensus adsit, non tamen contrahitur stipulatio.*

4. Quidam literis,

l. 1. pr. §. 1. 4. l. 5. §. 1. l. 137. pr. ff. de V. O.
87. *Litteras chirographarius contractus sive litterarum obligatio requirit.*

88. *Porro contractus fiunt vel purè, vel in diè, vel sub conditione. §. omnis 2. I. de V. O. ubi purè quis contraxit; & cessit & venit dies: ubi in diem; cessit dies; sed nondum venit: ubi sub conditione, neq; cessit, neque venit dies pendente adhuc conditione l. cedere 213. de V. S.*

Quasi contractus.

89. *Ab his contractibus non tantum specie, sed etiam consensu differunt negotia quedam, que cum obligationem producant similiorem obligationi ex contractu, quam ex maleficio nascenti, dicitur quasi ex contractu nasci.*

princip. I. de obl. qu. q. ex contr. Et licet interdum hæc negotia à juris auctoribus vocentur absolutè contractus; ut tutela. negotiorum administrat. l. ex contract. 49. de O. & A. l. sed

A. l. sed & 16. de negot. gest. id tamen abusive fieri propter similitudinem, quæ his cum contractibus est, à qua & quasi contractus nominantur, concludendum est. Re verà enim contractus non est, in quo non geritur res duorum consensu, ut traditur l. 5. pr. eod. Don. 12. comm. 7.

90. *Est autem quasi contractus negotium licitum, quo quis a- Quid sit.
lij absq; consensu, proprio quodam jure obligatur.*

1. 1. I. de obl. qu. q. ex contr. l. si quis s. ff. de O. & A. l. 1. in pr. d. 2.

91. *Hujus negotij. ex quo quasi ex contractu obligatio nasci- Species 6.
tur 6. species ab Imp. Justin. recensentur; negotiorum gestio; tute-
la administratio; communio rerum; hereditatis communio; adi-
tio hereditatis; & indebitum.*

101. 1. I. de oblig. q. ex contr.

92. *Negotiorum gestio est, cum quis negotia alterius nullâ
publici aut rei familiaris necessitate, nullâ etiam suscepti man-
dati obligatione coactus, gerenda suscepit.*

*Ex hac gestione oritur obligatio mutua, quâ tenetur is,
qui negotium gerendum suscepit ad reddendam ratio-
nem gesti & non gesti, & is cujus negotium gestum est
ad præstandum id, quod negociorum gestori abest vel
abfuturum est l. 2. de neg. gest.*

93. *Tutela administratio, perinde ut negotiorum gestio ge-
storem, ita tutorem pupillo ad administrationis gesta rationem
reddendam, & vicissim pupillum tutori ad id, quod ipsi ex tute-
la utiliter administrata abest, reddendum obligat.*

§. tutor. quoq; 2. I. d. t. l. 5. §. 1. ff. de O. & A. l. 2. 4. C. de negot. gest.

94. *Communio rerum est inter illos, inter quos præter fami-
liam communis res est sine societate: unde & obligatio & judici-
um communi dividendo.*

§. item si inter aliquos 3. d. 1. 101. tit. ff. & C. com. divid.

95. *Communio hereditatis & inter coheredes: unde obliga-
tio & actio familia erciscunda.*

§. idem 4. d. tit.

96. He-

96. *Hereditatis aditio est, cum heres hereditatem admittit, extraneus ad eundo, aut pro herede gerendo: suus se immiscendo.*

§. pen. §. sui I. de hered. qual. & different. Hac enim lege hereditatem suscipit, ut simul se ejus oneribus subjiciat, in quibus sunt legata, quæ testator inde præstari voluit
§. s. I. d. t. de obl. qu. q.

97. *Indebitum est, cum quis per errorem quippiam, quod non debet, animo liberandi se ab obligatione, absq; conventionem expressam de eo, si indebitum appareat, reddendo, alicui solvit.*

§. 6. d. t. l. 5. §. 3. de O. & A. l. 2. de cond. indeb.

Effectus
contra-
ctuum.

98. *Contractuum effectus est obligatio, quæ est juris vinculum, quo necessitate astringimur ad solvendum id, quod expressè & tacitè in contractum deductum est.*

99. *Quid tacitè in contractum veniat, ex singulorum contractuum natura, quam ex jure habent, dijudicandum est: quid vero expressè, ex pacto contractibus adiecto; quod cum in facto positum est, factum autem singulare sit, & ex suis circumstantiis infinitum, nulla tradi potest certa regula, nisi quod oporteat esse naturam & lege possibile.*

Contracta.

100. *De iis quæ contractum impediunt supra dictum est: sunt & alia quæ tollunt & dissolvunt: quorum tractationem, cum obligatio tanquam propriam sibi vendicet, nos hic exsequi super sedebimus, ut sua cuiq; loco constet & propria & apprimè conveniens tractatio.*

F I N I S.



Helmstedt, Diss; 1622-36

ULB Halle 3
004 548 183




f

5b.

VDA7





1178.

1623, 2

M

6

5

DISPUTATIO IURIDICA

De

CONTRACTI-

BUS IN GE-

NERE, 1623, 2

Quam

D. F. A.

PRAESIDE

Viro

CLARISSIMO ET CONSUL-

TISSIMO

DN. HENRICO Schmerhem

I. V. D. & in florentissima IULIA Decre-

talium Iuris Pontificij Professore publ. & ordinario,

Præceptore ac fautore observantiâ o-

mni colendo,

Publicæ disquisitioni subicit

Ad diem 16. Augusti.

HERMANNVS von Bentheim


Bremensis,

IN NOVO IVLEO

HELMAESTADI,

Typis heredum IACOBI LUCI,

Anno clc lxc XXIII.



B.I.G.

Farbkarte #13